

certa à Chameſe Chameſia dici debuiffet, accepit. Iapetus, quæ ſacra uera Iaphetum ſive Iephetum dicunt, iuftius ſuæ parti, ut in noſtro orbe inter tres minimæ, ita monumentis nulli omnino infe-riori, nomē Iapeti dare aut reddere debet, quām à nefarij nebulonis cūm uacca congreſſu fabuloſam Europe nomenclaturā illi permettere. Quar- tē parti haſtenus Latinis memorijs incognitę, li- cet alij Noui mundi, alij Indiæ occiduæ, alij à ua-rijs inuentoribus dedere nomen: tamen Atlanti- dis ex Platone, & ex altero Iapeti noſtri patris, qui Atlus, Attalus & Atlas, uti & alijs multis no- minibus, dictus eſt (ut in Dispunctionum Cos- mographicarū opere traditur) longè iuftius no- men imponendum uel restituendum eſt. Quum autem Australis innotuerit portio, que & totum mare pacificum obtegit, & à ſuppolari motu de- fendit, illi nomē Chasdiah dabitur: ut in Dispun- ctionibus, cur ita dici debeat, oſtendetur.

In quam Uniuerſi plagam maxima harum terræ me- dijs ex aquis elatæ partium uergat portio.

E Xceptione breuiſſimè tradetur, quod præter Australi polo ſubiectam aut proximam, & præter Chameſię & Atlantidis australis iuga ſeſe respicientia, quæ ultra æquatorem prominent, hæc quidem ad 54. gradum, ubi eſt Martini Bo- hemi fretum, à Magaglianesio Lusitano aliás nuncupatum, illa autem ad 35. ubi eſt Bonæ ſpei promontorium, tota terreni orbis facies conti- nuo ferè, præter duas maris rupturas, tractu, ab ortu in occasum, & cōtrà **AD A Q V I L O N A R E M** mundi